

6384  
Q. F. F. I. S. S. T.

HANC  
DE

45.

# LIBELLO

DISPUTATIONEM JURIDICAM INAUGURALEM  
THEORICO-PRACTICAM

DECRETO ET AUTHORITY

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ET  
AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS  
PER ANTIQUÆ ET FAMIGERATISSIMÆ  
HEIDELBERGENSIVM ACADEMIÆ

AUSPICIIS

HENRICI DAVIDIS

CHUNONIS D.

JURIUMQUE PROFESSORIS PRIMARII  
ACADEMIÆ PROCANCELLARII ATQVE  
P. T. FACULTATIS DECANI

PRO

# LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores, Privi-  
legia ac Insignia ritè consequendi

*Publica Censura omniumq; Examini placido offert*

PETRUS LÜTKENS

HAMBURGENSIS

Ad diem

Februarii

H. L. Q. C.

HEIDELBERGÆ,

Typis ÆGIDII WALTERI, Academia Typographi.

ANNO M. DC. LIX.

ss. jur. civ.

325,6

842.

20

20

LIBRARY

UNIVERSITY OF DRESDEN

1845

4

845



P R Æ F A T I O.



*Non est infrequens tractationem aliqujus materiae suscipientibus aut de ejus dignitate & utilitate declamare, aut de ratione impulsivâ prefari.*

teste Schneid. in rubric. & princ. Inst. de A&A. num. 1.

*Ego vero ne supervacuis laborare impendiis videar, neve solem facibus adjuvare contendam.*

6. q. 1. c. 7.

*Tacendo potius presentis materiae utilitatem honorabo quam verbis predicabo. Scio enim neminem, vel in Theoria vel praxi versantem, fugere, Libellum judicii esse fundamentum. Ut non male eum.*

Carpz. I. P. F. p. 1. C. 2. D. 16. n. 4.

*Truncum arboris judiciariae appellet: Sicut enim, inquit, truncus cegit totam arborem, ita libellus, regulat totum processum. Nec in id quoque longus ero ut rationem dem propter quam hanc Disputationem publicè proponere voluerim, quippe cum id ex ipsa satis inscriptione pateat. Potius, cum ex invocatione Nominis Divini sequatur bonum initium, melius medium & optimus finis*

per Gl. à Schneid. d. l. n. 5. citat. arg. de Consecrat. Dist.

1. c. 69. 1. q. 1. c. 26. & q. 2. c. 2. Dist. 61. c. 5. N. 6. pr.

*sine prolixiori praliquio, Implorato Divini Numinis Auxilio quod praemaxibus est arripiam.*

A

Q. F. F. S.



Q. F. F. S.

C A P U T I.

# DE NOMINE LIBELLI.

NUM. I.



Ractaturus de Libello non negligendum existimo de ipsius vocabuli significatione quædam præmittere ; qui enim de re quâdam agere instituit nosse prius oportet unde nomen ipsius Rei descendat.

*l. 1. pr. De I. & I.*

Est autem à Libro appellatus ejusque diminutivum.

*A. H. Mollenbecius. Divis. Jurid. Cent. 1. Div. 47. lit. A*

Et in genere omnem scripturam significat

*l. 1. pr. de tab. exhib. Matt. Wesemb. in paras. de edendo num. 2. pr.*

N. II.

Cæterum cum vocabulum illud sit æquivocum, ita, ut modo *Commentarium in sacras literas*

*c. 2. pr. X. de Sum. Trin. & Fid. Cat.*

modo *epistolam vel schedam, quam maritus uxori, aut contra uxorem marito repudii causa mittit, cujus fit mentio in l. si pœnituit.*

*7. ff. de divortiiis. & Deuter. 24. v. 1. apud Matth. 5. v. 31. & 19. v. 7. Marc. 10. v. 4.*

modo *schedam intimatoriam quæ in foro aut valvis ecclesiarum proponitur: v. g. invenisse Sempronium anulum aureum, eique*

eique cuius est redditurum,

De quâ dicitur in *l. falsus. 43. §. 8. verb. solent plerique ff. de furtis. Treut. 2. 20. 2. H. in exeg.*

Modo orationem consultoriam, quâ boni Imperatores olim complecti solebant ea, quæ de rebus arduis ad Senatum Romanum censenda referebantur.

vid. *l. item veniunt 20. §. prater hac 6. ibi: Libello complexus esset: ff. de pet. her. l. 22. l. 40, Eod.*

Modo tabulam fideicommissariam, hoc est in quâ fideicommissum scribit testator.

vid. *d. l. 1. pr. de tab. exhib. l. & in epistola 22. C. de fideicom.*

Modo schedam supplicem (vulgo Supplication)

per tit. C. *Quand. Libellus princip. dat. lit. contest. fac. ibiq.*

Gothofr. *l. non distinguemus 32. §. cum quedam 14. ibi libello cuiusdam id querentis. ff. de recep. qui arbitr. recep. l. nec quicquam 9. §. ubi decretum. 1. ff. de offic. Proconsulis & legat. l. semper. 5. §. demonstrat. 2. ff. de jure immunitatis.*

Modo designationem rerum uxoriarum, quæ in domum mariti inferuntur.

*l. si ego Seia. 9. §. planè ult. de jure dot.*

Modo assertoriam epistolam, quam vulgo credentiam, vel certificationem vocamus.

*l. si publicanus 4. §. de rebus 1. ff. de Public. & Vectig.*

Modo scripturam qua iudicis recusandi causa porrigitur à Litigatoribus

*l. apertissimi 16. C. de iudiciis ibi: Libello recusationis ei porrecto. ibiq. Gothof.*

Modo Libellum familiae

*l. 99. pr. ibi: ex libellis familiae. De legat. 3.*

Modo scripturam famosam.

*arg. Rubr. ff. de injur. & famos. lib. Lunic. C. de famos. Libell. ibiq. Azo.*

A 2

Modo

Modo scripturam memoriæ causa paratam significet, de quibus significationibus pluribus potest videri.

Jo. Calvin, *in Verbo LIBELLUS*.  
necessario tradendum est.

N. III.

Hoc loco, missis præfatis appellationibus, accipi Libellum *pro scriptura continente intentionem actoris*.

*Auth. offeratur C. de litis contest. ibiq; Cynus n.º 1.*  
Dicta Germanis *die Klage*.

Vulteius *pr. Inst. de Act. n.º 46.*  
Gallis *une Demande*. Et tantum de nomine.

C A P U T I I.  
DE DEFINITIONE  
LIBELLI.

N U M I.

**E**Nodatâ jam vocis æquivocatione, convenienti loco sub-  
jicitur definitio, sine quâ omnis tractatio est inutilis itaque  
Libellus est scriptura (a) nomen judicis  
(b) actoris (c) & rei (d) actorisque claram in-  
tentionem seu petitionem (e) petitionisque cau-  
sam continens (f) ac contra reum necessariò con-  
cludens (g.)

Quod optime Interpretes hoc disticho complexi sunt:

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur & à quo

Rectè compositus quisq; libellus habet.

(a) Scri-

(a) Scripturam pono loco generis, quia illa est de substantiali libelli.

*arg. c. 11. de probat. c. 1. de libell. oblat. d. Aut. offeratur verb. subscriptione C. de lit. contest.*

Debet enim reus libello subscribere, id est, ex adverso & in opistographo libelli scribere, & fateri se libelli exemplum accepisse.

*N. 53. c. 3. §. 2. ibiq. Gothof. verb. subscribere d. c. 11. de Probat. Hartm. Hartm. lib. 2. t. 8. O. 1. n. 1. Ordin. Camer. zu Worms de Anno 1495. §. item zu forderlicher fertigung. Berlich. P. 1. C. 13. num. 1.*

Notandum tamen hinc venit quod hæc scriptura olim rudius ab Actore Prætori, qui petitus suâ auctoritate Reum in jus vocabat, exhibebatur, & deinde Reo in jus vocato plenius proponebatur, ut reus cognitâ causâ citationi applicitâ, secum deliberare posset cedere an contendere ultra deberet, etsi contendendum putaret instructus veniret ad agendum

*arg. l. 1. pr. de Edend. Bach. in Prot. p. m. 538. n. 1.*

Hodie libellus ante citationem datur judici, & parti cum citatione, vel post immediatè per Judicem præsentatur; qui ordo est judiciorum regularium, ut cum citatione libellus parti mittatur.

*Cyn. ad d. Anth. offeratur n. 2. Bach. 1. de Act. 34. Berlich. d. P. 1. C. 13. Carpz. 1. P. F. p. 1. C. 2. Def. 21. n. 6.*

N. II.

(b) Olim nomen Judicis proprium exprimi oportebat non etiam Prætoris, quia is certus erat.

*arg. l. 80. de judiciis.*

Hodie sufficit nomen officii, dignitatis & jurisdictionis designare.

Treut. 1. 4. 10. C. in exeg. add. Schneid. ad §. omnium 1. Inst. de Act. n. 120.

Ratio est ut scire possit adversarius judex sit competens nec ne.  
Zoes. in Comm. ad ff. tit. de accus. n. 24.

N. IV.

(c) Ratio cur Actoris nomen sit addendum evidens est; ut scilicet scire adversarius possit cum quo sibi lis sit.

An autem actoris nomen omitti possit?

Distinguit Bald. in l. 3. C. de edendo vid. Treut. supra dict. loc.

N. V.

(d) Vid. Corvin. in Jur. Can. lib. 2. tit. 10. de libell. oblat. p. 193 Jo. Amer. à Rosbach. Prax. Civil. tit. de Libell. n. 23. Dd. comm. Ratio est ut constet Reo de se agi, das es umb sein Jeder zu thun. Alias enim posset existimare, errorem esse commissum à Nuncio seu apparitore, quod dubium bene adimitur per nominis expressionem.

N. VI.

(c) Petitio enim clarè, perspicuè & congruenter instituenda est, ut ex ea medium concludendi evidenter resultet & conclusio aptè sequatur

Jason. in d. §. omnium n. 115. & Schneid. ibid. n. 108. Inst. de Act. Rosbach. d. l. n. 25.

Diversitas namque rerum obscurum facit libellum.

arg. l. 40. in f. pr. de Jure fisci. arg. c. 2. de dilation.

Eaque petitio est omnino de substantia Libelli, sine quâ Judici constare nequit, quid velit Actor,

Bach. 1. de Act. 30.

Etsi in rem agatur, ipsa utrum tota vel pars petatur exprimi debet.

Rosbach. d. l. n. 25.

N. VII.



7  
N. VII.

Cæterum si declaratio incertitudinis non est in potestate Actoris certa petitio non est necessaria.

Berlich. *P. 1. C. 12. n. 24.*

Verb. grat. Si factum est in Obligatione, in cujus locum succedit interesse.

*l. 11. & 13. §. ult. de re judic. l. 36. §. 11. de condict. indeb.*

Id enim à Judice æstimatur.

*arg. §. ult. Inst. de V. O. vid. Treut. 2. 23. 0. 4. (b)*

Ideo à parte peti in libello frustra definitur quanti sua interfit, Judex enim eam æstimationem sequi non tenetur, Ergo nec actor illam quantitatem exprimendi necessitate astringitur. Utique Actor quanti sua interfit factum id esse quod convenit, petere potest, sed id facere non tenetur.

*Wurmb. tit. 9. O. 1. Gail. 1. O. 68. n. 1. & seqq. Mynf. 4*

*O. 11.*

Quibus autem casibus libellus alternativus admittatur

*vid. infr. c. 5. n. 6.*

N. VIII.

(f) Causam petitionis esse inferendam libello testatur post alios

*Cyn. ad l. 3. n. 8. C. de edend.*

Causa autem petendi in quâlibet actione duplex est; altera proxima altera remota.

*Gail. 1. O. 61. n. 3. Rosb. d. l. n. 28. Schneid. in d. §. omnium n. 308. ibiq. Zas. n. 10. & seqq. Bach. 1. de act. 37.*

Et in actione reali de necessitate proxima, quæ est dominium vel quasi aut jus in re, exprimenda est, & de utilitate quoque causa remota, quæ est titulus & jus unde dominium & jus agendi causatur.

In actio.

In actione autem personali contra *remota* causa, quæ est contractus, vel delictum exprimenda est, non item necessario *proxima*, hoc est *obligatio*

Gail, de O. 61. num. 4. 5. & 6. Jason. in l. 8. n. 13. de edend. & in d. §. omnium n. 16. & seq. Zas. n. 10, 20, 30. Schneidevv. n. 308. cum seqq. Rosbach. d. l. n. 28.

N. IX.

(g) Ut contra Reum necessariò concludat summo-  
perè requiritur

teste Rosbach. d. l. n. 1. ibiq. allegati Doctores,

Cum sit unum ex substantialibus libelli requisitis *Conclusio*: Di-  
citurque

Vultej. 2. I. P. F. 29 n. 6.

Petitio narrationi subjecta, estque potissima libelli pars, adeo  
ut in ea omnis vis libelli versetur

Carpz. I. P. F. P. 1. C. 2. def. 1. n. 3. de quâ pluribus *infra*  
c. 4. n. 4.

C A P U T III.

DE DIVISIONE LIBELLI.

NUM. I,

**Q**uoniam superiori capite vidimus quid sit, necessariò &  
quasi per consequentiam hoc trademus, quotuplex sit  
Libellus.

Dividitur itaque (1) *Ab Objecto* in *Civilem* & *Cri-  
minalem*.

Wesemb. tit. de edendo n. 3. in f. Rosbach. d. l. n. 5.

*Civilis* dicitur is quo actoris intentio de causis civilibus vel ex  
jure in re, ut dominio vel quasi, vel ad rem obligatione scilicet

tam

tam ex contractu quam ex delicto in proprium ipsius commodum proponitur. Vocaturque etiam libellus conventionis seu conventionalis.

Wesemb. d. l. §. 24. *Instit. de Action.*

Criminalis vocatur quo quis alterum delicti alicujus vel publici vel privati arguit, eique ad vindictam publicam vel corporis poenam, vel pecuniariam fisco applicandam irrogari contendit. Qui & libellus inscriptionis item accusatorius vel querimonialis dicitur.

Schneidevv. ad §. 1. *Instit. de Act. n. 105. vid. Mollenb. Divis. Jurid. Cent. 1. Div. 47. l. 3. pr. de Accusat.*

Cæterum de differentia inter libellum Civilem & Criminalem.

*vid. omnino Rosbach. d. l. n. 6. 7. 8. add. Carpz. Pract. Crim. p. 3. q. 100.*

## N. II.

Dispescitur (2) *A forma accidentalium in simplicem & articulatum.*

Vultej. ad pr. *Instit. de act. n. 46. & seq.*

Ille quo factum in iudicium deductum serie continua & uno orationis contextu, sine ulla articulorum designatione narratur & proponitur.

Mollenb. d. l. div. 48. (a) Vultej. d. c. 29. n. 3. Rosbach. d. l. n. 2.

Hic libellandi modus probatur in terris Saxoniae, nec alius admittitur, in tantum ut licet pars rea nihil opposuerit debeat tamen officio iudicis rejici articulatus libellus.

*vid. Berlich. p. 1. C. 12. n. 3. Carpz. I. P. F. p. 1. C. 2. def. 1. n. 1. & def. 2. Treutl. 1. 4. 10. B. in exeg.*

Hic quo merita causæ per certos articulos seu positiones (a) proponitur, sive qui articulis distinctis conceptus & formatus est.

B

Rosbach.

Rosbach. *d. l. n.º 2. Vult. d. c. 29. n.º 3. Bach. 1. de act. 35.*  
 Mollenb. *d. l. Divis. 48.*

## N III

(a) Positiones illas ad faciliorem litium expeditio-  
 nem propter partium confessiones & articulos ad clariorem  
 probationem usus longævus in causis admisit:

*Clem. 2. de V. S. Carpz. I. P. F. d. p. 1. 2. def. 1. n. 1.*

De positionibus vid. pluribus

*Gail. 1. O. 79. ubi n.º 3.*

docet in Camera differentiam inter articulos & positiones ac-  
 curatè non observari, de quibus item

*Gail. OO. seqq. usque ad 83. Obrecht. disp. 29. n. 660. & seqq.*  
*add. Wurmbf. tit. 15. per tot. Myns. 5. 5. O. 88. Vultej. 2. I. P. R.*  
*81. n. 21. & seqq. p. m. 429. usq. ad p. 431. ubi & de responsioni-*  
*bus.*

Hinc quæritur an sufficiat positioni respondere, credo?

vid. si placet *Luc. de Penna adl. 40. C. de divers. offic. p.*  
*m. 398. col. 3.*

Observandum etiam hîc: qui positionibus ab adversario factis  
 non respondet pro confesso haberi,

*c. 2. de confess. in 6.*

A positionibus articulatus iste libellus dicitur etiam positiona-  
 lis; Licet autem hic antiquitati incognitus.

*Arnold. de Reyer in exercit. pract. Disp. 3. O. 11. lit. A.*

Usu tamen forensi jamdudum invaluit, & in plurimis curiis  
 frequentatur, & huic in Camera Imperiali etiam locus est

*Ordin. Cam. p. 3. art. 12. §. zum andern so viel die Klage*  
*belanget.*

Licet in terris Saxonix omnino rejectus sit, ut supra notavi  
*n.º preced.*

N. IV.

II  
N. IV.

Ulterius libellus alius est *Conventionalis*, alius *reconventionalis*

Hahn. *ad VVes. d. 1. n. 3. verb. species libellorum.* Mollenb. *d. div. 48. p. 51.*

*Conventionalis* est quo ex parte actoris conventio contra reum priori loco instituitur, deciditur & agitur.

*Reconventionalis* in quo mutua petitio ex adverso per reum contra actorem instituitur.

*vid. 1. 1. extr. de mut. pet. Rosbach. d. l. n. 3. & tit. de reconvent. per tot.*

N. V.

Denique alius est libellus *Principalis* seu primæ instantiæ, alius *appellatorius* seu appellationis sive supplicatorius.

Hahn. *d. l.*

*Principalis* dicitur qui causam *Principalem* coram iudice primæ instantiæ complectitur.

Rosbach. *d. l. n. 4.*

*Appellatorius* vocatur qui causam appellationis secundæ nimirum instantiæ coram iudice ad quem continet.

Mollenb. *d. l. p. 51. & C. 3. Divis. 90. lit. (b)*

*hæc de divisione.*

---

C A P U T IV.  
DE PARTIBUS LIBELLI.

NUM. I.

**U**T omne totum suis gaudet partibus, idque perfectum dicitur quod ex omnibus suis partibus constat

*l. 1. ff. de O. I.*

B 2

Sic

Sic etiam Libellus certas partes habet, sunt autem præcipuè  
Tres: Exordium. Narratio & Conclusio. Alii aliter & li-  
bellum quasi syllogismum practicum & judicialem consti-  
tuunt.

Wes. parat. d. t. n. 3. Treut. 1. 4. 10. lit. C. Bach. 1. de Act. 37.  
lit. B.

## N. I.

Prima itaque Libelli pars est *Exordium* seu Præfatio; in  
foro enim causas dicentibus nefas, ut ita loquar, videtur nulla  
præfatione factâ judici rem exponere

d. l. 1. de O. 1.

Hacque benevolentia quasi captatur dum plerumque more  
oratorio advocati exordia in libellis instituunt.

Carpz. 1. P. F. C. 2. Def. 16. n. 1.

Fit enim ut plurimum à persona judicis, hoc modo.

Ehrsame / Fürsichtige / Weise Herzen Schultheissen und  
Schöpffen dieses wohlgehegten Gerichtes ꝛc.

Præfatio itaque continere debet præter nomen judicis, ejus  
dignitatis, officii, jurisdictionis ut supra c. 2. n. 3. diximus, no-  
men etiam agentis hoc modo.

Vor E. F. W. erscheinet Anwald / des tit. N. N. und bringet  
Klagend von ꝛc.

Adduntur præterea clausulæ sc. Libellum non in forma so-  
lennis libelli, sed simplici forma, qualis qualis narrationis fa-  
cti offerre, & quod actor se ad superfluum probationem astringere  
nolit, hoc modo.

Nicht in Form eines zimlichen Libels / sondern nur Summas-  
rischer Erzählung / oder Geschichten / mit öffentlicher vnd  
Solenner Protestation das Er sich zu keiner überflüssiger Bes-  
weisung hiemit verstricket haben will ꝛc. Hujus protestationis  
ratio est, ut plura quis probare non cogatur quam quæ ad sta-  
tum

tum

tum causæ pertinent.

Vultej. 2. I. P. F. 29. n. 26. & seqq. Obrecht. Disp. 29. n. 249.  
& seqq. & n. 570.

Qui enim non omnia & singula probat causa cadebat:

*c. ibi iidem quoque testes, extr. de Probat.*

Præterea non omittendum nomen Rei conventi: hoc modo.  
Mit vorbehalt solcher protestation nun bringet Er flagend  
vor / gegen und wieder N. N. &c.

Præfationi tandem accidit imploratio iudicis officii, ad com-  
pellendum Reum litem contestari, & ad libellum oblatum re-  
spondere. h. m. Doch zuvor das mild: Richterliche Amte  
gebührend implorirend / genandten Beklagten darauff / wie  
sich ein Recht gebühret / den Krig Rechtens zu befestigen / und  
zu Verantwortung anzuhalten. 2c.

*vid, Rosbach. d. l. n.º 49.*

### N. III.

Altera Libelli pars est *Narratio* quæ est substantiale illius  
requisitum

Vultej. 2. I. P. F. 29. n.º 4.

Ex libelli enim tenore pendent Leges & Prophetæ.

Cynus *ad d. Auth. offeratur n.º 8.*

Est autem *Narratio* facti controversi expositio: *vel* quâ infer-  
tur, in proposita specie facti, eam justam petitionis causam sub-  
esse.

Wesemb. *parat. de Edend. n. 3.*

Per factum autem duo, *res debita* scil. & *causa petendi* apparere  
debent.

Cyn. *ad l. 3. num. 8. C. de Edend.*

*In Re* observandum, ne (1) *Re* & *quantitate*. (2) *Tempore*.  
(3) *loco* & (4) *denique causa plus petamus*.

§. 33. 34. 35. *Inst. de act.* Bach. 1. de *Act.* 30. & 4. seqq.  
*Causa petendi* quotuplex sit & quæ in *actione Reali* quæ in *Personali* sit exprimenda dixi *supra c. 2. num. 7.*

Quæ autem qualitates in impetratione Rescriptorum gratiæ vel justitiæ exprimendæ.

*vid. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. Cent. 3. c. 201. & seq.*

Et quæ in impetratione legitimationis filii, dispensationis matrimonii, salvi conductus, gratiæ à poena perpetrati criminis *etiam Menoch. d. l. c. 203.*

N. IV.

Cæterum *Narratio* necessum est ut sit brevis & compendiosa, & cavendum sedulo, ne ea quæ jam perorata sunt, resuscitet.

*l. ult. §. 1. C. de appellat.*

Observandum item *Narrationem* poni loco minoris propositionis.

*Wes. supr. cit. loc. Treut. d. l. in exeg. lit. C.*

Quin & omissa propositione majori euthymematicè concludi posse, v. g. Titius ex mutuo mihi debet centum E. peto illum condemnari

*Bach. 1. de Act. 37. Treut. d. l. lit. D. in exeg.*

N. V.

Tertia libelli pars dicitur *Conclusio* quæ est petitio narrationi subjecta, & syllogismi dicitur *Conclusio*.

*Wes. & Treut. dd. ll.*

Hæc regulat ampliat & determinat totam actionem, & tota vis libelli in ea tanquam in cardine versatur.

*Gail. d. O. 61. num 14.*

Et ex hæc libellus judicandus

*Wurmbserus tit. 9. O. 6.*

Et



Et genus ex ejus medio colligitur.

Gail. d. O. 61. n. 15. Vultej. I. P. F. 6. 29. n. 11. & seqq. arg. c. 3. extr. de dilat. c. 12. de Rescriptis c. 15. de foro compet.

Unde non quid & quantum narratur, quam quomodo & quantum ex narratis concludatur, attenditur, cum sententia sine petitione seu conclusione dici ferri que non possit.

arg. l. ut fundus 18. ff. Comm. divid. c. unic. inf. extr. de lit. contest. ubi etiam Gloss. & Dd. Baldus in l. Aurelius 28. §. sticbo 7. ff. de liber. legat. idem in l. edita 3. C. de edendo. ubi vid. etiam Gothofr. in not.

#### N. VI.

Hinc dicimus libellum ex apta petitione & conclusione sustineri posse, etiamsi causa petendi prætermissa sit, modo jus inde percipi possit.

arg. l. 66. de judiciis Gail. d. O. 61. n. 15. & 16. Vultej. d. c. 29. num. 16. usque ad n. 21. Gothofr. ad l. 11. §. 2. vers. effectum de jure jurando Myns. 4. O. 5. Rosbach. d. l. n. 32.

#### N. VII.

Et ideo in Civilibus nunquam omittenda Conclusio,  
Gail. d. O. n. 14.

In criminalibus autem ea non est necessaria, ibi enim ex narratione & qualitate delicti, poena ex certi juris constitutione imponenda venit.

vid. e. 31. extr. de Simonia, Gail. d. O. 61. num. 18. ubi rationem differentiae vid.

Lex enim in criminalibus semper intelligit esse conclusum pro fisco.

Carpz Pract. Crim. P. 3. Q. 106. num. 15. 16. & seqq. add. l. 1. §. 4. ad SC. Turpill. Cyn. ad l. 20. inf. C. de falsis. Bach. 1. de act. 37. lit. (b) Jason. add. §. 1. n. 137. Inst. de act.

#### N. VIII.

Item Conclusio Libelli non necessariò requiritur in casibus in quibus iudex ex officio procedere & supplere potest.

*vid. d. Rosbach. d. l. num. 33. ibiq; alleg.*

Plures fallentias ad regulam illam, quod in libello conclusio omitti non possit, & quod ea omissa lis super tali libello contestari nequeat

*vid. apud Baldum in d. l. edita C. de edendo Dd. ibid. Felin. in c. unic. n.º 7. de lit. contest.*

ubi 10. fallentias ponit,

*reste Gail. d. O. 61. num. 20.*

Hic etiam notandum venit in Conclusionem libelli expensas litis factas & faciendas, item damna & interesse præteriti & futuri temporis peti solvere.

*Gail. 1. O. 151. num. 18. & seqq.*

Nam licet victus in expensas condemnandus sit, id tamen ita exaudiunt, si à parte petitæ sint:

*Gail. d. l. Vultej. 2. I. P. F. 29. n. 31. & 32.*

Ubi tenet expressè & nominatim eas peti non necesse esse,

*per c. 2. de ord. cogn. c. 2. de offic. Ordin. verb. justitiam sibi fieri postulabat.*

Et denique observandum iudici appellationis licentiam esse appellantem in sumtus & detrimenta non condemnatum, condemnandi.

*l. ult. ibiq; Gothof. C. Quand. provoc. non est necesse R. G. D. p. 2. t. 28. §. darzu dieweil se zu Zeiten R A: de Anno 1570. §. als wie dann auch obangeregtem & R A de Anno 1600. §. und ob wol weiter. ubi decem marcæ auri puri temere appellanti in pœnam irrogantur.*

CAPUT

CAPUT V.  
DE REQUISITIS LIBELLI.

NUM I.

**L**icet superioribus capitibus nonnulla jam tradidimus Libelli requisita, operæ tamen pretium puto, paucis ea hic repetere, & alia insuper proponere quæ bonus Advocatus minimè negligere debet.

N. II.

Requiritur ergo in Libello ut *supra c. 2. n. 2.* dictum regulariter *Scriptura*. Dico regulariter in causis enim summaris sufficit intentionem suam apud acta explicare & iisdem inferere.

*Clement. sepè de V. S. Rosbach, d. l. n. 21.*

Adeo ut sufficiat qualiscunque petitio etiam sine scriptura, quemadmodum & cum per modum inquisitionis proceditur.

*l. 4. ibique Gloss. ad verb. continua C. de Apostatis c. cum olim extr. de Testibus.*

Item cum iudicis officium extra ordinem imploratur.

*Wes. de edend. n. 6.*

An a. in appellationibus? vid. Specu:

*De Libell. oblat. §. nunc dicendum num. 37. & seq.*

An in exceptionibus? vid. Eundem

*De Exceps. §. viso. vers. sed nunquid.*

N. III.

Et generaliter tenendum, quod forma libelli maximè juxta stylum & consuetudinem curiæ sit concipienda.

*Wes. d. 1. num. 7.*

C

Ille

Ille enim pro lege servandus.

*Gail. 1. O. 65. num. 4.*

Et notandum hîc quod in Saxonia oretenus causæ agantur.

*Teste Carpz. l. P. F. P. 1. C. 1. Def. 1. & 5. seqq. Berlich. P. 1. Concl. 13.*

ubi rationem addit *n.º 19.* quia scil. facit ad faciliorem litium expeditionem ad argumenta in contrarium allata Respondet *n.º 20.*

Quin imo in inferioribus judiciis, quibus oretenus causæ proponuntur libello non est opus.

*Bach. ad Tr. 1. 4. 12. inf. lit. D. 11. q. 1. c. 45. Gothof. ad l. 4. §. 8. de dam. infect. Luc. de Penn. ad l. 8. C. de princ. agend. in reb. (12. 22.) p. 306. col. 1. inf.*

Porro sine scriptura procedit Episcopus cum inter suos Clericos jus dicit.

*d. 11. q. 1. c. 45.*

Similiter & in causis modicis scriptura non requiritur.

*Nov. 17. c. 3.*

sicut & sententiæ brevium litiunæ, maximè vilium personarum sine scripto proferuntur,

*Auth. Nisi C. de sentent. ex periculo recitandis ibique Perez. num. 4.*

#### NUM. IV.

Dixi etiam nomen judicis, in libello ut exprimatur, requiri, *supr. c. 2. num. 3.* idque in Præfatione observandum.

*supra c. 4. num. 2.*

Id tamen omitti & neglectâ præfatione narrari & concludi posse defendam.

#### N. V.

Requiri etiam Actoris & Rei nomen regulariter in libello ostendi

ostendi *supra* c. 2. num. 4. & 5. quod hic nolo repetere.

## N. VI.

Ulterius sedulo & diligenter cavendum ut libellus e-  
jusque conclusio clara, certa, aperta & apta sit, mediumque  
concludendi evidenter resultet, ut *dixi supra* c. 2. num. 6.

*add. VVef. de edend. num. 4. Rosbach. d. l. num. 34.*

Præsertim in criminalibus, ibi enim obscurus vel generalis li-  
bellus etiam parte non opponente non procedit.

*l. 3. ibique Gothof. de accusat.*

In illis enim actor vagari non debet.

*arg. l. 16. de Dolo Gail. 1. O. 62. num. 13. & O. 64. num. 9. &  
2. O. 157. num. 4.*

Attamen petitio incerta & generalis non nunquam admittitur  
propter incertitudinem facti, ex facto Rei, quo casu etiam da-  
tur & permittitur cumulatio actionum

*l. 1. §. 4. quod legatorum*

de quâ paucis vid. *in fin. hujus Disput.*

Ete causa est quod libellus alternativus, qui alias non admit-  
titur

*arg. l. 7. §. 4. de injuriis l. 75. §. 8. de V. O. Bach. 1. de Act. 37.  
Berlich. P. 1. C. 12. n. 23. usque ad 41. Carpz. I. P. F. P. 1. C. 2.  
Def. 7. 8. 9. 10.*

toleretur.

*Gail. 1. O. 62. n. 4. & seqq. Myns. 4. O. 11. l. 17. C. de Transact.  
veluti (1) in materia l. 2. C. de rescind. vendit.*

*Berlich. & Carpz. dd. ll.*

ubi notandum quod hoc in casu libellus possit esse simplex &  
nihilominus condemnatio alternativa.

*Myns. 2. O. 42. inf.*

(2) In petitione hereditatis.

*l. 4. l. 18. §. 1. l. 25. §. ult. l. 20. & 27. l. 41. de hered. pet. Gail. 1. O. 68. num. 1. Hartm. tit. 20. O. 1.*

(3) In dote.

*l. 6. l. 31. §. ult. solut. matrim. l. 5. de Impens. dot.*

(4) In generalibus judiciis ut tutela.

*l. 2. C. de judiciis.*

negotiorum gestione, pro socio &c.

*l. 38. pr. pro socio l. 76. §. 1. de R. V.*

libellus generalis & incertus sufficit.

*Gail. 1. O. 68. n. 1. & seqq. Hahn. ad Wes. d. t. n. 4.*

(5) Item quoad accessiones, veluti fructus impensas &c. incerta petitio admittitur.

*Jason. ad §. 32. n. 12. Inst. de Act. ibique Bach.*

(6) Etiam in hypothecaria valet libellus alternativus.

*Gail. 1. O. 62. num. 7.*

Plures vid. Casus apud Dd. & præcipuè

*Berlich. d. P. 1. C. 12. num. 23. usque ad 41.*

Ubi XVII. admittit. & proponit

*add. Omnino Card. Tusch. Tom. 5. Pract. concl. lit. L. verb.*

*Libellus Concl. 313. n. 1. & seqq. iunge Rosbach. d. l. n. 46. & seqq. Perez. C. de Edendo num. 5. & 6.*

## N. VII.

Similiter non omittendam esse petitionis causam monui *supr. c. 2. num. 7.* ubi retuli etiam quotuplex ea sit & quæ in actione reali, quæve in personali sit exprimenda, quo brevitas gratia me remitto.

*vid. Perez. C. de Edendo num. 7.*

ubi in actione reali dominium vel quasi in personali vero non tantum reum sibi esse obligatum, sed & ex quo contractu vel delicto sibi teneatur exprimi oportere ait

*per*

per cap. 2. & 3. & utrobique gloss. de libelli oblat. cap. 5. de censibus. l. 13. quando dies legat.

Cujus rei effectum glossa jam allegata manifestat ibidem

N VIII.

Itidem quæ requirantur partes tractavi c. 4.

N. IX.

Ad requisita etiam pertinere videtur expressio loci & temporis, quo scil. loco hoc vel illud sit actum & quando. Sed quæritur in quâ accusatione Civili an criminali, an in utraque loci & temporis expressio sit necessaria? Resp. In criminali nulla est dubitatio, in tantum, ut si illa non contineat locum & tempus delicti, ipso jure nulla sit, etiam parte non opponente.

Gail. 1. O. 64. num. 7. usq. ad num. ult. Myns. 2. O. 32. & 40. Carpz. Pract. Crim. P. 3. q. 106. num. 31. usq. ad num. 35. inclus. Wurmbf. tit. 9. O. 2. Rosbach. d. l. num. 6.

In civili vero id regulariter non requiritur.

Gail. d. O. 64. n. 1. Rosbach. d. l. num. 7.

quandoque tamen in civilibus etiam locus & tempus exprimi debet.

Gail. d. O. 64. num. ult.

puta in actione injuriarum

Gail. d. l. num. 1. & passim.

Est enim illa ardua & criminali æquiparatur

Rosbach. d. l. num. 7. Wurmbf. d. l. n. 1.

Sed de expressione horæ & dici quid sentiendum? Eam exprimi non debere dicit

Carpz. d. l. num. 34.

ubi tamen n. 35. id limitat, nisi scil. Reus id petat, ad sui defensionem probaturus se illo die alibi fuisse.

## N. X.

De nomine Actionis, an id sit exprimendum in libello, quæritur? Et existimo veriore esse negantium responsionem, idque tum

*per c. 6. extr. de judic.*

tum attestante

*Gail. 1. O. 61, num. 1. 9. 10. 11. 12. Myns. 4. O. 55, num. 4. & 5.*

Sufficit enim factum appositè narrari ut inde causa petendi & actio intelligi possit.

*d. c. 6. de judiciis Bach. 1. de Act: 37. in f. Carpz. I. P. F. P. 1.*

*C. 2. def. 13. Rosbach. d. l. n. 29.*

secus de jure Civili.

*Treut, d. l. lit. C. in exeg. & Bach. d. l. Perez, C. de Edendo num. 8.*

## N. XI.

Est & illud libelli requisitum ut offeratur

*per d. Auth. offeratur C. de lit. Contest.*

Id est etiam non petenti detur.

*arg. l. 11. §. 13. de legat. 3.*

Adeo ut processus & civili & criminali judicio sit nullus non oblato libello.

*d. Auth. offeratur in fin. ibiq; Cyn. num. 11.*

Nec sufficit hic paratum esse ad offerendum & petenti moram non facere

*arg. l. 2. §. 1. ibiq; Gothof. Quod legatorum.*

in aliis secus est

*Gothof. ad l. unic. C. Quod legatorum*

Habet autem hæc oblatio triplex bonum (1) ut ex persona actoris jus metiamur.

*l. 1. §. 1. si pars heredit. petatur.*

(2) ut



(2) ut reus deliberet.

*l. 1. pr. de edendo & d. Auth. offeratur.*

(3) ut iudex sententiam libello conformet.

*arg. l. 18. Com. divid. l. 32. inf. de pœn.*

Ex his patet libellum neque tacitè neque expressè remitti posse.

*d. Auth. offeratur inf. vid. Rosbach. d. l. num. 9.*

Hic non incommodè quæritur :

debeat offerre ? Resp. Actor.

*arg. d. Auth. offeratur in pr. Rosbach. d. n. 9.*

(1) Quis

(2) Cui?

Resp. Primo Judici, eique vel ordinario,

*c. 1. de lib. oblat. ibi: Synodo,*

vel delegato & arbitrario.

*Rosbach. d. l. num. 10.*

Secundo Reo seu adversæ parti.

*Rosbach. d. l. ubi etiam num. 12.*

quod de consuetudine quorundam locorum libelli dicentur.

Sed id fallere & juri scripto derogare dicit

*Petr. de Ferr. in form. libell. act. real. num. 7. vid. Berlich.*

*d. P. 1. C. 13.*

(3) In quibus

Causis soleat offerri ? Resp. regulariter in omnibus causis in quibus constituitur iudicium, & inter duos lis est.

*Wes. de Edend. num. 6. Rosbach. d. l. num. 15.*

apud quos etiam vide casus quibus non sit necessariò offerendus.

(4) Quâ

linguâ sit offerendus ? Resp. ea quæ secundum fori consuetudinem est recepta

*arg. l. 3. §. ult. ibi: quæ consuetudo in ea provincia. De Te-*

*stibus.*

Ratio,

Ratio, ne quis causari possit ignorantiam literarum, prout sunt

*verbatextus in l. 11. §. 3. de inst. act. Cyn. ad d. Auth. offeratur num. 5.*

Et vid. omnino de lingua testis, judicis, testatoris, contrahentium remissivè

*Mynf. §. O. 45. N. 7. c. 1. in f. ibi: non paternâ voce.*

N. XII.

Ad requisita denique etiam pertinere existimo clausularum salutarium adjectiones, eo quod per illas multa salvantur; quæ alias videntur esse vitiosa, & virtute earum expressè non petita veniunt officio judicis, omneque remedium competens & ex narratis resultans in judicium deducitur.

*Gail. 1. O. 6. n. 11. 12. & O. 108. n. 7. Mynf. 4. O. 55. n. 4. & 5.* Hujusmodi clausulæ sunt; Omni meliori modo, omni salubriori remedio, petendo jus & justitiam administrari implorando officium judicis

*Gail. d. l. num. 3. Berlich. P. 1. C. 12, num. 21. & 22.* ubi vid. quam plurimos allegatos, qui tradunt harum & similiarum clausularum effectus.

*add. Carpz. I. P. F. p. 1. C. 2. Def. 15. & const. 26. Def. 7. & seqq. Schneid. ad. d. §. 1. n. 121. & seqq. Inst. de act.*

Germanicè ita sonant: **Bestermassen / bestmöglichst / wie solches nach Art und Gelegenheit der Sachen am nützlichsten geschehen kan und mag &c.**

*Rosbach. d. tit. in f. & omnino de clausulis eundem tit. 35. per hoc.*

Habent autem hæ clausulæ suam virtutem in libellistarum judicialiter exhibitis, non in quibusvis supplicationibus extrajudicialibus

R. A. 10

R. A. zu Speyr de Anno 1557. S. wiewohl dann in der Visitation Gail. d. O. 61. n. 12. inf. Vultej. 2. l. P. R. 29. n. 33. p. 408. col. 2.

## N. XIII.

In fine tandem Libelli sequens clausula : Salvo jure addendi, detrahendi, minuendi, corrigendi, mutandi atque in totum tollendi subjici solet

Vultej. 2. l. P. R. 29. num. 34. Rosbach. d. tit. inf.

Hanc autem ultra jus commune nihil operari pleriq; credunt

Bartol. ad l. 34. de neg. gest. n. 2. p. 121. col. 1. inf. Innocent. ad c. 6. de fide instr. Obrecht. disp. 29. n. 633. & seqq. Treutl. d. Disp. 4. d. 13. lit. C. in exeg.

ubi etiam tradit quod quædam clausulæ post exordium, quædam post facti narrationem, quædam post conclusionem apponi soleant. Hoc loco quæritur: An libellum corrigere & mutare liceat? Ego usque ad sententiam definitivam, eodem judicio libellum hodie corrigi & mutari posse sentio cum

Perezio C. de de Edend. num. 9. Treutl. d. l. lit. D. per §. 34. 35. Inst. de act. ibiq; Bach. & 1. de act. 44. Cyn. ad l. 3. n. 19. 20. 21. C. de edendo Rosbach. tit. 34. n. 25. usq; ad fin.

Olim autem secus erat,

arg. l. 23. ibiq; Gothof. de judiciis l. 14. inf. de aqua pluvia vid. Berlich. P. I. C. 28. Carpz. l. P. F. P. I. C. II. Def. 1. & 13. seqq. Menoch. de A. I. Q. c. 176. diff. Wesemb. d. t. de edend. num. 8. inf. sed vid. etiam Fach. I. Controv. 91. 92. & seqq. usq; ad 100.

## CAPUT VI.

DE FINE ET EFFECTU  
LIBELLI.

## NUM. I.

**Q**uod attinet *finem* propter quem libellus ab Actore offertur,

D

tur,

tur, sciendum est, propterea offerri (1) ut agentis desiderium manifestetur.

*l. 1. §. 2. de postulando.*

(2) ut iudicem & adversarium de specie futuræ litis instruat  
*l. 1. ff. & l. 3. C. de Edendo Wesemb. ibid. num. 8.*

N. II.

Et quidem iudicem ad hoc ut sciat quomodo sententiam ferre debeat, illa enim necessum est ut sit conformis libello.

*c. 31. ibi: ut juxta iudicii formam, sententia quoque forma dicitur. ibique Gloss. de Simonia. c. 24. in f. de accusat. Clem. 2. ibi: juxta petitionis formam pronunciatio sequi debet: de V. S. l. 18. Com. divid. Treut. 2. 23. 3. lit. A. in exeg. Perez. C. de sentent. que sine certa quantitat. prolata est, num. 9. Carpz. I. P. F. P. 1. C. 2. Def. 16. & d. C. 26. def. 8.*

ubi explicat quomodo illa regula sit intelligenda.

N. III.

Reum verò ad hoc ut speciem futuræ litis prospicere possit, an contendere vel lite cedere velit, deliberet, etsi contendendum putet se ad iudicium tempestivè præparare queat.

*text. in d. l. 1. ff. de edend. l. 3. C. eod. Rosbach. tit. 36. num. 6.*

N. IV.

*Effectus* libelli duplici modo consideratur, ante & post litem contestatam.

Ante litis contestationem editio futuræ litis speciem demonstrat reo, ut inde sciat, utrum cedere an contendere debeat, prout numero præced. dictum est.

Post litem verò contestatam, instrumentorum aliorumque editio tendit vel ad instruendam probationem,

*l. 10. ibi: ad instruendum. De edend.*

vel fundandam intentionem aut exceptionem,

*l. 5. 6. & ult. C. eod. Rosbach. d. t. 36. num. 32.*

C A P U T VII.  
DE CONTRARIIS  
LIBELLI.

NUM. I.

CUM non pauca reperiantur quibus libellus vitiatur, juva-  
bit hoc capite quædam libello contraria referre.

Et Primo quidem *ineptitudo* ei valde contrariatur, adeo ut  
sententia super inepto libello lata ipso jure etiam parte non op-  
ponente nulla sit.

*arg. c. 3. de emt. c. 15. de judiciis Gail. l. O. 66. n. 1. & O. 67. ubi  
formam pronunciandi super inepto libello tradit. adde Carpz. d. C. 2.  
def. 11. & 12.*

Ratio cur talis sententia sit ipso jure nulla datur à

*Carpz. d. C. 2. def. 16. & C. 26. def. 8.*

Quia scilicet sententia conformis debet esse libello per *supr. c. præ-  
ced. num. 2. alleg.* Libello itaque inepto sententia quoque desu-  
per lata ineptiet: Natura enim ita comparatum est, fructus re-  
bus suis ut plurimum assimilari.

*N. Leon. 112. inf. Gail. l. O. 66. num. 1. & seqq.*

In tantum autem sententia talis nulla est, ut neque judex Ap-  
pellationis possit talem sententiam super inepto libello latam  
reformare, sed necessario super nullitate pronunciare debet,  
condemnando actorem in expensis.

*Gail. d. O. 66. num. 2.*

Hinc etiam dicitur quod ineptum libellum Judex dentibus la-  
cerare debeat.

D 2

*Idem*

*Idem Gail. d. l. num. 4.*

Sed quæritur quis sit ineptus libellus? Resp. Dicitur ineptus si eo non concludatur jus agendi, vel si ineptam causam expressam habeat, & quodocunque actori non competere actionem constet; ut si extincta aut nondum nata sit.

*Gail. 1. O. 66, num. 14. cum Obs. seq. Rosbach. d. t. 33. num. 44.*

Et denique tenendum ineptum fieri libellum si ipsi sibi non conveniat; ratio quia contraria allegans non auditur.

*l. 1. C. de furtis, l. ult. pr. C. de Codicillis. arg. l. 188. de R. J. arg. 23. q. 7. c. quod autem 3. c. 10. de probation. N. 90. c. 3. §. si vero quidam. l. 9. ibique Gothof. C. de liber. causa. l. unic. ibiq. Cynus in f. pr. C. si servus, extero se emi mandav. arg. c. 19. de Censibus.*

Unde Imperatores ajunt: Professio & desiderium tuum inter se discrepant.

*l. 6. C. de muner. Patrim. (10. 41.)*

N. II.

Secundo Adversatur libello *Obscuritas* & incertitudo: per *l. f. C. de annal. except. Wesemb. de edend. num. 4.* Debet enim libellus perspicuus & clarus esse. *ut supr. c. 5. n. 5. traditum.*

*add. Gail. d. O. 62, num. 2. Rosbach. d. t. 33, n. 45.*

Dicitur autem obscurus V. potissimum modis.

- I. Ratione æquivocationis.
- II. Generalitatis.
- III. Alternationis.
- IV. Locutionis non coarctatæ.
- V. Infinitatis.

De quibus *vid. Gail, d. l. n. 3. 4. & seq.*

N. III.

## N. III.

Hinc est quod libellus alternativus regulariter non valeat ut *supra c. 5. num. 6.* ubi pluribus hâc de re.

*ibiq. Cit. Rosbach. & Gail.*

Et tantum de Libello, cujus aliquot formulas si videre cupis adeas supra sæpè allegatum.

*Rosbach. tit. 33. in f.*

## NUM. IV.

Sed cum hodie à Pragmaticis introducta sit Cumulatio actionum, (ut scil. lites minuerentur & facilius ad exitum perducerentur.

*Obrecht, Diss. 28. num. 176. & 278.)*

placet Coronidis loco paucis illam attingere, præsertim quia illa est coadunatio unius actionis cum alia in eodem Libello.

*Obrecht. d. Diss. 28. num. 114.*

vel cum actiones duæ ita conjunguntur ut quis experiatur utraque hoc effectu, ut consequatur ex singulis quod petitur & reus ex utraque condemnetur.

*Bach. ad Wes. ad exhib. num. 2. in f. Berlich. P. 1. C. 12: num. 6. 7. & multis seqq. Carpz. I. P. F. p. 1. C. 2. def. 4. 5. 6. Gail. 1. O. 63. & de arrestis c. 5. num. 16.*

Differt à concursu actionum, qui ita describitur, quod sit nihil aliud, quam cum duæ pluresve actiones ejusdem rei nomine, ex una vel pluribus rebus, vel ex uno pluribusve ex factis descendunt, quæ uni adversus eundem competunt, scil. ut esset laxior agendi facultas.

*arg. l. 75. §. 8. de leg. 2. l. 25. §. 5. locat.*

Et ut eâ, quæ utilior, plenior & expeditior esset quis experiatur.

*arg. l. 9. in f. de admin. tutor. l. 9. §. 1. de Tribut. l. 43. §. 1. de R. J. l. 24. de R. V. l. 29. de noxalib. l. 51. in f. Fam. ercisc. l. 13. §. 2. de usufr. l. 1. §. 1. de superfic. l. 66. pr. de evict. Hotom. illustr. quest. 29.*

Sicut enim commodum est per duas pariter vias ire agere posse,

*l. 6. in f. Quemadm. serv. amitt.*

Ita multum utile est duabus vel pluribus actionibus sibi debitum consequi posse.

*d. l. 9. §. 1. in f. de admin. tutor. l. 21. §. ult. Quod metus causa.*

videri etiam eleganter de cumulatione actionum potest D. Chuno. Præceptor & Præses hujus Disp. in Dict. ad ff. *t. de edend.* Ubi tradit quæ contineantur in Libello, in quo fit actionum cumulatio. adde etiam sæpè nominatum

*Rosbach. tit. 34. num. 1. & seqq. usq. ad n. 24. inclusive.*

N. V.

Cæterum ne nimium excrescat hæc Dissertatio finimus;  
Venerantes Eum Qui Spiritum huc usque concessit ut & in actu

**Suum Det Levamentum.**

